




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-558651-p0001-7

DFG



1603.

1663, 5-

XXXVII.

3A

Juvante Supremo

Schediasma suum

# DO TE

Magnifici atque Nobilissimi J Ctorum

Ordinis indultu

PRÆSIDE

VIRO NOBILI ATQUE CONSULTISSIMO

D N.

PAULO FRANCISCOROMANO

J. U. D. Promotore & Præceptore omni amoris

atq; honoris cultu proseqvendo

Publicè placide eruditorum censuræ submittit, atq;

in D. Petri, J Cts dicato Collegio

Ad diem XVI. Octobris 1663.

tueri suscipit

JOHANNES STELLER, Leisnicensis.

LIPSIAE, LITERIS CHRISTIANI MICHAELIS.



V I R I S

*Amplissimis, Consultissimis, Clarissimis, Doctissimisq;  
Dominis*

Dn. CAROLO WESENE-  
RO, J. U. C. Serenissimi Ele-  
ctoris Saxoniæ Præfecto Leis-  
nicensi gravissimo, Promotori  
suo magno.

Dn. JOHANN Horn N. P. C.  
Præfecturæ Leisnicensis Actu-  
ario & Juris-Practico felicis-  
simo, Fautoris suo suspicioendo

Dn. MARTINO Zschauē Po-  
tentissimi Electoris Dresdæ  
Secretario spectatissimo, pa-  
trueli honorando.

Dn. JOHANN AUGUSTO  
Planitz/in Korbißsch/ Juris  
Candidato, Amico carissi-  
mo.

Ingenii dotem, Patroni, uxoria quid fit  
Dos, producendo cernere quisq; potest,  
Ingenii modulum metiri sisto Patroni!  
Sacrum qvem Vestris Nominibus cupio.  
Qvilibet accipiat dotem non fronte Catonis:  
Dotibus ingenii tempora plura dabunt.

JOHANN Steller/  
Autor Respondens.



## Juva Supreme !

I.

**V**ita cuiusvis tractationis est ordo, qvippe qvi omnia maximè perspicua reddit, memoriæq; insimul, qvæ admodum labilis *l. 44.* de acqui. poss. apprimè consulit. Proinde ut ipse qvoq; isti⁹ sim observator, primo loco Etymologiam absq; ambage sisto. Deprehendo autem dotis vocabulum alios à græco διδωμι id est do, tribuo, largior, dono: alios à dando, alios aliunde derivasse. Mihi commodissima sententia *Varronis* visa est, qvi *lib. 4. de ling. lat. in fin.* dotem à græco δῶς vult nominatam, qvod vocabulum apud Græcos donum nuptiarum causâ sponso à sponsâ datum denotare, notum est.

II. Significatus dotis varii sunt: Largissimè si accipiatur, denotat bona hominis, qvæ qvoad corpus vel animum præ aliis habet præcipua, inde præclaris ingenii vel corporis dotibus eos dicimus exornatos, qvi vel ingenio multum præstant, vel decorâ corporis staturâ gaudent. Huc qvoq; illud *Livii* spectat, hoc nomen ad rem inanimatam transferentis, dum ultimum vi-  
te dotatam dicit. Ipsi qvoq; Jcti illud interdum prædiis *l. 2. §. 1. de inst. & instrum. leg. l. 52. §. 2. ff. de fidej. & mand.* interdum fundo *l. 20. §. 1. de instr. & instrum. leg.* interdum qvoq; Ecclesiis *c. 8. X. de consecr. Eccl. vel alt.* attribuerunt. Impropiè accepit Bartol. in *l. 1. §. si parens n. 1. sub fin. ff. si quis à par. manum.* ubi qvod Moniali monasterium ingredienti datum, dotem appellavit. Qyando autem Jcti propriè dotis vocabulo utuntur, tunc vel in concreto denotant pecuniam seu rem, qvâ onera justi matrimonii pensantur marito, qvi ea sustinet, ut in *tit. C. de dote caut. non num.* vel in abstracto jus, quo res aliqua dotalis

A 2

est,

est, ut cum dicitur pecunia doti destinari, dotis fieri, res in dotem dari l. 4. 5. 6. 8. 11. C. b. t. vel etiam titulum & causam transferendi t. t. ff. pro dote §. 41. J. de R. D.

III. Ipsa dos etiam alio nomine venit; Nam quandoq; proprium mulieris patrimonium appellatur in l. 3. §. 5. de Minor. l. un. §. 5. C. de R. II. A. quandoq; etiam propria mulieris substantia l. 12. C. qvi pot. in pign. In vernaculo vocatur, Mitgiff / Ehegeld / Heimsteuer / Heyraths gut / Braunschaf des Weibes Einbringen.

IV. Definitio dotis realis, quam vocant, haec erit: Dos est patrimonium seu substantia rerum, nomine uxoris in maritum translatarum, ad sustinenda matrimonii onera. Sunt equidem quibus definitiones dotis aliae magis probantur, ac imprimis de idoneo genere doti assignando laborant. Vultej. in comment. J. de nupt. ad §. 14. n. 3. jus in re hic usurpavit, sed ipsi satisfecit Hillig. ad Donell. l. 14. Comm. J. C. c. 4. quem vide. Alii donationem huc referunt, quoniam dos olim inter donationes numerabatur l. ult. C. de don. ant. nupt. His vero quid reponi possit, apparer ex iis, quae affert Vinnius ad tit. I. de donat. §. 3. Azonis & Bartoli definitiones & quoad genus & quoad alia à Dd. ventilatas, explicavit ac rejicit Beust. intr. de dot. c. 2. ubi hac de re plura. Nobis placuit per patrimonium eam definire, movit l. 3. §. 4. & 5. ff. de Min. l. 16. ff. de relig. & sumt. fun. & substantiam rerum, quæ universitatem seu materiam quamvis denotat l. 51. de hered. pet. l. 3. §. 5. de contrar. tut. act. add. l. 1. & 4. ff. de dot. præleg. quippe certum est, substantiam rerum seu patrimonium esse universitatem, res diversas ac varias complectentem. Inde in dotem dari possunt mobilia & quæ ac immobilia, corporalia & incorporalia, & quicquid rei nomine venire potest, modo mereatur dotis nomine dari, de quibus suo loco plura. Transferri autem in maritum seu ipsi dari dotem oportet, quando vera dos esse debet: hinc improbanda dotis distinctio est in promissam & datam. Habet quidem ea suos defensores, quos inter Fachin. l. 10. Contr. J. C. Cap.

Cap. 24. atq; Beustius est in tr. de dote. c. 2. p. m 255. ibi qve citati: moventur argumento l. 59. ff. b. t. & l. 2. C. de collat. Sed rectius statuitur, promissam dotem promissum magis esse de dote consequenda, qvam dotem veram. Uxoris vocabulum in allatâ definitione latè accipiendum est, ut etiam virginem viri potentem sub ambitu suo complectatur l. 13. ff. de V. S. Cœterum marito dotem dandam ibidem affirmavimus. Qvan- qvam enim sèpius aliis mariti nomine eam accipiat, idem ta- men est ac si ipse accepisset arg. l. 3. §. 4. in ff. de donat. inter vir. & uxor. adeò ut ipse dotis nomine obligetur l. 19. ff. b. t. Deni- que verba: ad sustinenda matrimonii onera, finem indicant, cu- jus gratiados marito dari solet, qvæ cum per se sint clara, ad eorum explicationem hîc aliquid addere nolumus. Illud ta- men saltim obiter monemus, ex istis hoc maximè colligi, qvod nulla dos sit absq; nuptiis l. 3. 9. 39. ff. b. t. qvamvis hæ sine istâ bene possint subsistere l. 20. C. de don. antenupt.

V. Divisio dotis varia à variis adfertur. Sunt enim, qvi do- tem in æstimatam & in inæstimatam, congruam & incongru- am, promissam, cautam, non numeratam, datam, dictam, confessatam & relegatam dividunt. Wesenb. in par. w b. t. n. 2. Judicium de his divisionibus artulit Bacchov. in not. ibid. Alii rectius eam in naturalem ac civilem dividi existimant. Nobis placet d' visio J Ctorum tritisima, qvæ hæc est, qvod dos aut ab ipsa muliere, aut ab alio detur. Qvod enim mulier sui juris existens dotem ipsa dare possit, extat apud Ulpian. in fragm. pr. tit. 6. & l. 1. 4. 16. & 18. C. b. t. Qvando autem datur ab alio, tunc vel ab aliquo parentum datur, & hæc vocatur profectitia l. 5. ff. b. t. l. fin. C. de dot. promiss. l. 19. w de R. N vel ab extraneo, qvæ adventitia dici sivevit. Atq; utraq; rursus dividitur in veram atq; putativam, de qvibus infra.

VI. Circa ipsam verò dotis dationem leges nostræ variè di- sponunt, qvando non omnibus liberum arbitrium hîc relin- qvunt, ut dare dotem iis liceat vel minus; sed ita rem omnem moderantur, ut qvibusdam necessitatem imponant dotem dandi,

dandi, qvibusdam nullam. Videamus igitur, qvi debeant ad istas classes referri. Faciamus initium à parentibus. Atq; isti qvidem filias, qvas habent in potestate, omnino dotare tenentur, adeo, ut ubi hoc facere recusent, à magistratu vel judice sint cogendi l. 19. ff. de R. N. l. fin. §. neg, enim C. de dot. promiss. Qvod etiam isto casu debet fieri ubi filia est locuples. Quāvis n. parens talē nō teneatur alere arg. l. 5. §. 7. ff. de lib. agnosc. Cogitur tamē eā dotare, si honestē vivat arg. l. 19. C. de inoff. testa. Nov. 115. c. 3. §. 11. adde. Scot. in Ex. Jurid. b. t. Ratio hujus dari solet ista, qvod favor dotis major sit, qvam alimentorum. Et licet ex matris aut aviæ hæred. vel legatis locupletior filia sit facta, tamen ex bonis paternis dotanda est, nisi parens ipse inopiâ laboret l. fin. §. ubi autem C. de dot. promiss. V. Incomparabilis Carpz. noster in J. F. p. 2. c. 42. def. 13. aut bonâ filiæ ac sponsi gratiâ de istius bonis dos marito detur l. 5. §. 11. ff. b. t. adde Beust. tr. de dote c. 4. p. 263. Verum qvid statuendum de filia emancipatâ? Nimirum plurimi de eâ idem affirmatum cipiunt arg. l. 5. §. 1. ff. de agnosc. & alend. lib. l. 5. . §. 11. b. t. Sed contrarium inde patet, qvod hæc sit extranea, nec ipsi parens ita sit obligatus, ceu forte isti, qvæ suo imperio adhuc est supposita. Et præterea ubi ea majorenxis est, invito etiam patre potest nubere cui velit l. 18. & 20. C. de nuptiis add. Bachov. ad Tr. v. 2. d. 6. θ. 2. l. B. Proinde nulla ratio appetit, qvare parentibus necessitatem filias extraneas dotandi imponere debeamus arg. l. 44. ff. b. t. nisi isto forsan casu, ubi ipsa nimium est pauper, atq; adeo dote destituta, nubendi conditionem invenire nequeat Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 7. θ 2. lit. D. Idem habendum de filiâ naturali arg. Aut. licet patri C. de nat. lib. nequit enim ei plus juris propterea tribui, qvoniam patri non est hæres, nisi saltē ex duabus unciis d. Autb. add. l. 41. §. 11. de legdt. 3. & l. 8. C. de nat. lib. junct. l. Nov. 89. c. 12. Cœterū jure Canonicō hoc addendum, qvod patri incumbat dotare filiam non tantum illam, qvæ Monasterium, qvod spirituale matrimonium repräsentat, ingressa est c. ba verò. caus. 27. quæst. 1. sed etiam

etiam spuriam arg. c. 5. X. de eo qui dux. in matr. quam poll. add.  
Wurms. i. pract. 36. c. 2. quod jus Civile improbat Aut. ex com-  
plexu C. de incest. nupt. Ratio juris Canonici procul dubio est æ-  
qvitas, ob quam pater naturaliter obligatus est liberos qvos.  
vis alere. Qvod si contingit, ut filia semel dotata dotem sine cul-  
pâ suâ perdat, tunc ad secunda vota transeuntem pater eâ ratio-  
ne, ceu diximus, dotare denuò tenetur Bart. & Dd. in l. 22. §.  
i. ff. sol. matrim. Bald. Jaf. & Paul. de Castro in Auth. qvod locum  
C. de Collat. arg. Auth. sed quamvis C. de R. II. A. Rationem sup-  
peditat Beust. l. c. ubi dicit: Interest filias iterum dote constitu-  
tâ nuptum elocari, ne cum maximo generis & familiæ dedeco-  
re turpem vitam eligere cogantur, modo aliarum filiarum non-  
dum elocatarum portiones illæ sæ maneant.

VII. Atq; ut dictis tenetur pater dote succurrere, ita se-  
quentibus personis ad hoc non est obligatus, puta filiæ exhære-  
datae V. Perez. C. de dot. promiss. n. 6. Hæreticæ, ut Judææ, vel  
qvaæ à fide Christianâ descivit ad dogma Anabaptisticum, ali-  
udq; non orthodoxæ religionis l. 19. C. de hæret. & Manich. Est  
namq; hæc res pesimi exempli, crimenq; publicum sapit, con-  
tra divinam Majestatem admisum, ideoq; rectè omnibus suc-  
cessionibus & donationibus tales privantur. Filiæ præterea,  
qvaæ se corrumpi passa est, etiam pater dotem dare non tenetur,  
arg. Nov. 115. c. 3. §. 14. Stuprator enim illam pro facultate dota-  
re, aut in matrimonium ducere debet c. 1. & 2. X. de adult. Ex-  
ceptio ab hâc regula est, quando ipse pater qvodammodo fuit  
causa hujus criminis, differens fortasse plus justo filiæ eloca-  
tionem, ceu de anno 25. hoc patet arg. exempli occurrentis in  
Avt. sed si post C. de inoff. test. nec non ubi filiam malefacti serio  
pœnituit arg. l. 23. C. de nupt. utrobiq; enim parentis est filiam  
dotare. Insimul cessat dotum exactio, si filia ingratam erga  
patrem se præbeat, cuius personam sanctam habere debet l. 9.  
ff. de obs. præstat. l. 6. de injus voc. l. 4. de Cur. furios. Ingratus nam-  
que nullo legis auxilio dignus est, adeò ut tali ipsa naturæ de-  
bita denegentur, quando ob crimen suum exhæredari potest. t.

ad eccl. s. do

i. de exhib. liber. Ulterius isti qvoq; dos deneganda est, qvæ minor viginti qvinq; annis duxit inscio parente in matrimonium virum, suam familiam planè non decentem arg. Nov. iii. c. 3. §. ii. v. si vero. nec non in genere, qvoties parens tanto ære alieno premitur, ut sine creditorum dāmno filiam dotare nequeat vid. sis Beust. in d. tr. c. 4. Qvod si fortassis contingat, patrem eo tempore, qvo filiam aliquis in matrimonium petit, esse absentem, atq; incertum sit, qvando sit reversurus, tunc ubi filia vi- tri potens est, judex ipse ei dotem constituere potest, à patre reverso rati habendam, si Beustio credimus l. c.

VIII. Patrē dotantē & nō dotantē vidimus; deveniam⁹ nunc ad avum, cui ipsi qvoq; incumbit neptem dotare in potestate sua constitutam l. 19. de R. N. Jura enim volunt, ut filias descendentes omnes, qvasin potestate habemus, dote instruamus l. 6. ff. de collat. bon. l. 29. C. de inoff. testam. Distinguendum tamen est inter avum paternum, de qvo dicta sunt accipienda, & maternum, qvi dotare non obstringitur l. fin. C. de dotis promiss. An autem avus paternus neptem sui filii divitis dotare teneatur, controversum est? Quidam affirmant, moti l. 6. ff. de collat. l. ult. C. de dotis promiss. ubi sub progenie neptem contineri putant. Verū rectius statuere contrarium videtur Fachin. Contr. Juris l. 10. r. 40. ubi suam sententiam satis probat atq; respondet dissentientibus, qvem vide.

IX. Cœterū qvamvis non matris sed patris potius officium sit dotare filiam l. 14. C. b. t. tamen leges eandem spartam, urgente necessitate, matri qvoq; demandant, puta si facultates patris filiæ dotanda non sufficient, mater v. adsit dives, tunc & dotare & alere mater filiam tenetur arg. l. 5. § 4. ff. de agn. & alend. lib. imo idem affirmandum, ubi judæa aut hæretica ma- ter est filiæ Christianæ l. 19. C. de hæret. Ex adverso vero, ma- trem ad secundas nuptias transeuntem nemo liberorum dotare tenetur, cum nec munera nuptialia ipsi sint mittenda l. 13. §. 2. ff. de adm. & per. tur. l. i. §. 4. & 5. ff. de tut. & rat. distr. nec abs- que dāmno & injuria liberorum, mater ad secunda yota transire possit.

X. Fra-

DE DOTE.

X. Frater tantum sororem germanam dotare est obstrictus  
l. 12. §. pen. de adm. tut. Bartol. ibid. & ad l. 1. ff. solut. matr. Atq;  
ubi mutuam pecuniam accepit, in dote pro sorore dandam,  
pater actione de in rem vero tenetur l. 17. ff. ad Sctum Mace.  
Quid vero sit statuendum quando frater & soror ex diversis pa-  
rentibus communia bona possident V. ap. Campe. tr. de dot. p.  
l. n. 24. Ceterum ubi pater in testamento reliquit filiæ portio-  
nem ad dotem, illam frater sorori prestare debet absq; impu-  
tatione alimentorum. Bart. in l. qvifilium ff. ubi pup. educ. deb.  
De curatore ultimo loco hoc addimus, ipsum teneri adultam  
modo facultatum & dignitate mariti dotare Sic enim jubet  
l. 60. ff. b. t. l. 43. §. 2. ff. de adm. tut.

XI. Adduximus exempla dotis varia, partim de dote neces-  
saria, partim de voluntariâ. Possemus forte hoc statuere, pro-  
fectitiam esse necessariam, nisi justæ causæ sint impedimento:  
adventitiam vero omnem voluntariam. Atq; ita nec mater  
filiæ l. 14. C. b. t. nec avus maternus nepti l. 45. ff. sol. matr. nec  
filius matris l. 13. §. 2. ff. de adm. tut. nec frater sorori l. 12. §. 3.  
in fin. ff. eod. nec qvivis extraneus alias ad dotem dandum est  
obstrictus l. 33. ff. b. t. l. 18. C eod. ubi vero ea promissa est, sem-  
per obligatio firma inde nascitur tit. de dot. prom. V. Schnei-  
dewein ad §. 29. J. de action. Promissio enim in extraneis initio est  
voluntatis; ubi jam facta, obligatio ex eâ oritur. Præterea u-  
bi jam in nuptias consensit sponsus, pari ratione dotem exigere  
neutiquam potest, qvoniam ostendit, contentum se fore indo-  
tatâ: Imo & causa impulsiva dotum tunc cessat, qvæ hæc est,  
ut puellæ conditionem nubendi honestam inveniant V. Schnei-  
dewein dd. n. 81. Bacch. ad Treutl. vol. 2. disp. 7. tb. 2. lit. B. Si ve-  
ro promissa fuerint tot vel tot, tunc promittens actione ex stipu-  
latu conveniri potest, sed nuptiis demum securis: nam pro-  
missio conditionem hanc in se habere videtur: Si nuptiæ fuerint  
seqvtæ l. 21. ff. b. t. l. 20. C. de don. ant. nupt. Absurdum itaque  
dotem repetere velle, ubi vel propter sponsæ mortem, vel impe-  
dimentum aliud nuptiæ celebrari non potuerunt, certe stipu-

B

latio-



lationem tunc ipso jure evanescere dixit Paulus l. 4. §. 2. ff. de  
pactis l. 10. §. 4. l. 41. §. 1. ff. b. t. Confirmarunt hanc sententiam  
res judicatæ Scabinorum Lipsiensium atq; Jenensium teste Dø.  
mino D. Richtern in cent. reg. 91.

XII. Tam profectiæ autem, qvam adventitiæ accidit, ut  
qvandoq; sit vera, qvandoq; putativa. Vera, qvæ sola pro-  
priè dotis nomine venit, Wesenb. ad b. t. n. 2. in matrimonio ju-  
sto & legitimo, id est; si secundum legum præcepta cives Ro-  
mani, masculi qvidem puberes, fœminæ autem viri potentes  
consensu parentum coeunt pr. J. de nupt. locum habet. Putati-  
va est, qvæ injusto & illegitimo accedit l. 22. §. fin. ff. sol. matr.  
l. 17. §. 1. de reb. aut jud. possi. Excellentis Dn. Strauch disf. 3. aph.  
6. Ideo enim vocatur putativa, qvia putatur saltēm dos adesse,  
reverâ tamen non adest, qvando matrimonium illud non sub-  
sistit cujus causa dos fuit data l. fin. de cond. sine caus. l. 70. ff. b. t.  
& d. l. 22. §. f. ff. sol. matr. gl. in l. dotale 13. ad verbum præstabatur  
de fundo dot. Nihilominus tamen naturâ atq; privilegiis veræ do-  
tis hæc qvoq; gaudet, modo mulier suis malefactis istis le-  
indignam ipsa non reddiderit, prout censem Wesenb. in par. ff. de  
J. D. n. 2. ibid. Bacch. in not. lit. e. Dominus Strauch. d. l. &  
Schneiderwein d. l. n. 42. & 43. lit. m. innor.

XIII. Diximus haetenus quid & qvotuplex dos sit, qvi, qvæ-  
ve dotem dent. Jam rectâ viâ ad Objectum gressum promo-  
veamus, seures, qvæ in dotem dari possunt. Istæ sunt omnes  
in commercio existentes, tam corporales, ut res in hereditate  
repertæ l. 13. §. 10. ff. de bæred. pat. vel fundus l. 52. l. 78. §. 1. 2. 3.  
ff. b. t. bos, vacca & alia animantia, qvæ plerunq; inter rusti-  
cos in dotem dari solent; qvam incorporales, ut fundi usus-  
fructus l. 7. §. 2. l. 66. b. t. l. 6. C. de IJusfr. & obligatio seu no-  
men l. 44. §. 1. l. 45. ff. b. t. l. 2. C. de O. & A. qvo in casu, si mu-  
lier nubat debitori, ab usurarum exactione iste fit immunis l. 77.  
ff. b. t. Præterea in dotem qvoq; rectè dantur res mobiles æque  
ac immobiles s. soli l. 42. ff. b. t. l. un. §. 7. C. de R. II. A. V. We-  
senb. in par. b. t. m. 3. Imo tam propriæ, qvam alienæ l. 6. §. 1. ff.  
b. t. l.

b. t. l. f. ff. sol. matr. modo alienæ bonâ fide marito tradantur, ne quid obstat, quo minus in eum transferatur conditio usu capi- endi l. 67. ff. b. t. t. t. ff. pro dote Scot. in Ex. jur. ad b. t. Fit autem ex realiâ dos, non tantum in casu consumtionis vel usucapi- onis, sed ipsâ statim traditione, non obstante l. 34. l. 67. l. 84. ff. b. t. l. 13. §. 2. ff. defundo dot. t. t. pro dote. Vide acutè hîc disputantem Bacch. ad Treutl. vol. 2. disp. 7. tb. 4. lit. C. Dari quo- qve possunt in dotem bona universa l. 4. C. & l. 72. b. t. modo mulier ex priore matrimonio nullos habeat liberos, his enim extantibus, nullo titulo ad secundum maritum plus, quam uni ex filiis matrimonii primi illa reliquit, transferre potest. l. 6. C. de secund. nupt. Possunt ulterius in dotem dari res æstimatae & inæstimatae l. 10. & seq. l. 52. ff. b. t. quamvis marito sit consul- tius inæstimatas accipere, ne illarum periculum in se suscipere necessum habeat. Et divisio hæc semper locum habet, quoties dos in alia re quam pecunia datur, quamvis propriè illæ saltem dotales esse videantur, quæ inæstimato dantur, lun. §. 15. in fin. C. de R. II. A. Æstimatione autem potest iniri vel emptionis, vel taxationis gratiâ. Isto casu ad hunc effectum fit, ut do- tem sibi emtam habeat maritus, hoc ut re dotali perditâ sciri possit, quantum fuerit illius pretium. l. 1. 10. 21. C. b. t. l. 32. in pr. ff. de pact. dot.

XIV. Cœterum hîc se sistit quæstio, num, quando alia hæ- reditaria bona deficiunt, ex quibus dos filiæ dari possit, ex feu- dalibus recte ea constituatur? Disputata hæc fuit variè, ceu ex Fach. Contr. Jur. l. 7. c. 78. cognoscimus. Omnia optimè rem videtur explicare Dominus Strauch. ap. b. 8. l. c. distingvens in- ter feuda fœminea & masculina. Qvod attinet masculinum, illud nec pater, nec aliis extraneus in dotem dare potest z. f. 19. §. 1. Si enim pater moreretur ante filiam vel generum, rediret feudum ad agnatos vel ipsum dominum, atq; ita gener dote careret: imo saepius propter impensas necessarias in feudum factas, ius quoddam in illud vindicare sibi maritus possit. Neu- trum vero jura admittunt. Exceptiones vide apud Menoch. l.

4. præsumt. 189. Feudum fœmineum è contrario in dotem dari potest. Licet enim ipsa diem obierit, nullum tamen hinc sequitur incommodum, quoniam soluto per mortem matrimonio, dos à marito restituenda est. Jus Saxonum de hac re ita statuit: Wenn die Tochter oder Schwester nicht kan aus dem Erbe ausgestattet werden / und viel weniger ihren Unterhalt haben / muß solcher Tochter oder Schwester ihr Unterhalt / so wol auch ihre Ehegeld und Ehessteuer / nach gelegenheit ihres Standes und Herkommens / und derselben Güter einkommen / auf Erfandnuß und ermäßigung des Lehnfürstens nach des Orts gewohnheit / aus obhemelten Lehnigut aus Richterlichen Amts angeordnet und vermacht werden. Qvod verum est, ad qvoscunqve successio in feudo fuit delata. Dominus Carpz. tract. de Jur. fœm dec. 5. pos. 1. n. 19. 30. 31. De rebus pupillorum negari nequit, qvin illæ in dotem dari possint, qvamvis sint tales, ut alienari indistincte nequeant l. 22. C. de adm. tut.

XV. Et ne LL. aliquid circa dotem intactum relinquerent, hoc qvoqve caverunt, ut nullus in fraudem creditorum dotem constituere possit. Ubi hoc factum fuit, concedunt actionem revocatoriam contra maritum dotem possidentem l. 10. §. 14. l. 14. in f. l. 25. §. 1. & 2. qvæ in fraud. cred. Creditoribus namqve, anteqvam dos filiæ detur, ex bonis paternis satisfaciendum. Dominus Carpz. in f. F. part. 2. Const. 46. def. 17.

XVI. Circa quantitatem dotis leges nostræ certi nihil disponunt, rem omnem civium arbitrio ac moderamini relinquentes l. 21. C. mandat l. 9. C. de iudeis. Hoc saltim præcipiunt, respectum esse habendum partim ad dotem dantis facultates, partim ad dignitatem accipientis l. 6a. 69. §. 4. ff. b. t. l. 43. de legat. 3. Potest tamen ea definiri vel ab ipso promittente, vel ab arbitro ad hoc negotium assumto l. 3. C. de dot promiss. Quidam horum sit, melius est spectare virtutem dotandæ, qvam dotis quantitatem. Hinc Alemenæ apud Plautum in Amphitry. Non sibi illam dotem esse dicit, qvæ dos communiter vocatur, sed pudicitiam & sedatam cupidinem. Atqve propterea olim Solo.

*Solonem & Lycurgum* lege cavisse *Plutarchus* refert, indotatas mulieres nuptum elocandas, modo colum & fusum ad sponsi domum ferrent. Præterea *Graci* observabant, ut futuræ uxores essent in commercio *Arist. l. 6. pol. c. 16.* Et Indi pari boum eas & parentibus mercabantur teste *Strabone*. Ægyptii dotibus acceptis libertatem à viris vendi judicarunt. *Alex. ab Alex. l. 2. gen. die. c. 5. & l. 4. c. 8. add.* *Dominus Hahn. in not. ad Wesenb. b. t. n. 1.* Hæc ictis populis placuerunt: Ac fortassis, cum Legum-latores nostri ubiq; deprehenderent, dotes aut parum esse in usu, aut nullam quantitatem earum expressam, ipsi etiam ab eâ definiendâ abstinere consultius putarunt. Qyanquam nec fieri potest determinatio omnibus commoda futura, nisi ad quosdam saltem referatur, de quorum facultatibus certo constat, quantitati dotis eos esse pares. Ita Venetiæ illustrium familiarum liberis mille & sexcenti aurei, quos in dotem dare liceat, sunt definiti *Bod. l. 5. de Rep. c. 2.* & ubique fermè principibus certam dotum quantitatem esse præscriptam, refert *Besold. de reg succ. l. 7. disp. II. tb. 10.* quæ tamen, ne posteri damnum ex nimia dote majorum sentire possint, raro admodum ampla est.

XVII. Seqvitur nunc forma, s. quomodo dos constitui debet. Ubi *Wesenb. in par. ff. b. t. n. 2. in fin.* in eam sententiam descendit, istam solo consensu constitui, probatq; illam *p. l. 6. C. de dot. prom.* Verum paulo post *n. 4. d. l.* sibi ipse minus constans, quod male habet *Bacch. in not ibid.* contrarium tuetur, quam etiam nosmet amplectimur. Nam dos omnis traditione constituitur *l. 46. ff. b. t. l. 20. C. de pac. qvæ vel vera est, quo- ties nimirem ipso actu alteri rem tradimus, ut pecunia solutio- ne* *§. 41. J. de R. D. l. 1. C. de dot. caue. non. num. vel ficta, qvæ intervenisse fingitor.* It tunc, licet actualis traditio facta non sit, dos tamen pro traditâ habetur *l. 41. §. 2. l. 43. in pr. l. 56. in pr. ff. b. Schnobel. disp. XIV. tb. 21.* Exempla sunt in cessione *l. 2. C. de obl. & act. delegatione, remissione debiti l. 57. 77. b. t.* Non tantum autem inter vivos, patris atq; stipulationibus, traditio-

ne confirmatis l. 33. l. 10. §. fin. l. 12. §. fin. ff. b. t. l. 6. C. de dot. prom. dos constitui potest, sed etiam ultimâ voluntate, ut per testamento l. 29. 48. §. 1. ff. b. t. l. 4. ff. ubi pup. educ. deb. l. 71. §. 3. de cond. & demonstr. item mortis causa donationem & codicilos. l. 67. ff. b. t. l. 31. §. 2. ff. de mort. causa don.

XVIII. Supra asseruimus, summam dotis non esse certam ac definitam. Quid igitur dicendum erit, si dos indefinitè fuerit promissa? Actionem nihilominus dandam affirmat l. 69. §. 4. ff. b. t. Sed obstat l. 1. C. de dot. prom. Dissidium hoc tollit, distinctione hâc adhibitâ, Dn. Strauch disp. 3. aph. 10. Si nulla certa species aut quantitas promissa, definitio autem ejus in voluntatem tertii fuerit collata, ipsius arbitrio erit obtemperandum; Nullo vero arbitrio adhibito, distingvendum inter patrem & matrem, sive aliam personam extraneam est: seu quod perinde, inter dotem profectitiam atq; adventitiam. Illa actionem producit, per ea, quæ supra adduximus de Dote profectitia ib. 5. Hæc verò minimè. Quamvis enim dos sine matrimonio esse nequeat l. 3. ff. b. t. potest tamen matrimonium absque eâ consistere. l. ult. C. de don. ant. nupt.

XIX. Nostris moribus pacta dotalia circa dotis constitutionem sunt utilia, quæ tam dotem ipsam, quam ejus repetitio nem respiciunt, atq; interponuntur non solum à Conjugibus, sed parentibus quoq; & ceteris extraneis, qui dotem dant l. 1. §. 1. ff. de pact. dot. Talia autem ea esse oportet, quæ cum dotis essentiâ bonisq; moribus & legibus non pugnant Scot. in Ex. jur. adt. de pact. dot. Hinc improbantur ista, quæ vel occasionem delictis præbent l. 5. & 6. ff. de pact. dot. vel mulieres redditum indotatas l. 2. & 4. eod. vel dotem etiam quovis modo imminunt d. l. 6. & l. 14. eod. Berlich. Concl. 51. p. 2. n. 1. Ineunda autem sunt statim tempore oblationis seu promissionis dotis. Hinc nisi dantes isto tempore stipulati fuerint, dotem sibi suo tempore reddi debere, eam repetere nequeunt l. 9. C. de pact. conv. Sed dator mulieri ad eam repetendam tunc rei uxoriæ actio l. un. §. fin. C. de R. II. A. Quidiescunq; vero pactis de repetitione

tione dotis aliquid conventum, sive illa æstimata fuerit, sive inæstimata, pacta valent; d.l.un. §. 15. qvamvis de futurâ successione inita, Jura Civilia improbent l. 15. & l. fin. C. de pact. & l.s. C. de pact. conv. Zobel. p. 2. diff. 48. n. 4. 13. Coler. dec. 61. n. 18. Berlichius c. l. num. 2 & seq.

XX. Modus hæc pacta ineundi jure Saxonicō iste est, ut si ant vel in trium, vel in quinque testium præsentia. Isto casu in vim contractuum valent, hoc, privilegio ultimarum voluntatum gaudent. Const. Elect. 43. pr. ibi: Nachdem die Ehestiftungen contracte seyn/ so ist es auch genug / wenn zweene Zeugen oder drey daben gewesen. Do es aber mit den Ehestiftungen die Gelegenheit hätte/dass sie in vim contractus nicht können erhalten noch beschützt werden/ als da die Erbschafft auf den Todes-Fall darinnen vermachts und es sind 5. oder mehr Zeugen daben gewesen / so sollen solche Ehestiftungen in vim ultimæ voluntatis fræstig erkand werden. Vide ad hæc verba Berlich. Concl. 51. p. 2. n. 14. & 15. Coler. dec. 61. n. 7. & 8. Pactum itaque hoc efficit, ut actio ex stipulatu competit marito dote promissam exigendi, sive certa, sive incerta illa fuerit, sive stipulatio intervenerit, sive non l. un. in pr. C. de R. U. A. Schneid. ad §. 29. 3. de action. contra promittentem, cuiuscunqve sit ordinis aut sexus l. 41. in pr. ff. b. t. ejusque haeredes l. 5. C. de dot. prom. adeò, ut eâ ipsâ quoq; usuras petere queat, quoties post contractas nuptias biennium elapsum; atque eam promissor adhuc retineat l. 31. §. 2. C. de 3. D. Magn. Dn. Carpz. p. 2. c. 30. def. 6. n. 3. Dn. D. Richter in cent. reg. 91. ubi ita responsum ab inclita hujus Academiæ Facultate & Consistorii Jenensis Adfessoribus, refert. Ulterius ius tantum virium isti attribuit Bart. in l. 6. in pr. ff. de conduct. ob turp. et auf. & Jason in d. §. 29. 3. de Act. ut uxorem à marito domo posse pelli adfirment, quoties tali pacto satisfactum non fuit, quod tamen l. ii. §. 1. C. de repud. Nov. 82. cap. 18. improbat. Non enim à dote matrimonii essentia dependet l. fin. C. de don. ante nupt. nec præterea ad hoc remedium confugere maritus necesse habet, postquam l. ult. C. ad SCrum Vellej. necessitatem cuivis de dote pacienti imposuit,

ut

ut pactum adimpleat. Imo, quamvis etiam ad inopiam vergat promissor, nihilominus pro modo facultatum adhuc praesentium dotem exsolvere tenetur c. 7. extr. de don. int. vir & uxor. Dicta tamen nolim ad istam casum extendi, si hanc conditione quis se uxorem ducturum profiteatur; si tot vel tot acceperit, quamdiu enim in dote missa exsolvenda cessatur, iste quoque promissione suae stare non est adstrictus c. 3. extr. de cond. appos.

XXI. In l. 5. §. ult. ff. commod. l. 19. §. 3. ff. de castr. pec. extat regula: quod duo ejusdem rei domini in solidum esse nequeant. Quare ergo potest, cui ex conjugibus dotis dominium sit attribuendum: Occurrunt autem LL. maxime sibi hic contraria: Nam quædam facta traditione simpliciter marito dotis dominium adscribunt, ut l. 7. §. 3. l. 75. ff. l. 11. & 12. C. b. t. l. 1. & ult. C. de comm. serv. manum. l. 1. 13. §. 2. ff. de fundo dot. l. 62. ff. de acqui-  
rer. dom. l. 18. §. 1. ff. sol. matr. l. 9. C. de R. V. Quædam vero uxori ut l. 7. 10. pr. & §. 1. l. 17. 32. ff. l. 30. & l. ult. §. 2. C. b. t. l. un. §. 9. C. de R. II. A. l. 3. §. 5. de minor. l. 16. de rel. & sumt. fun. l. 24. §. 5. ff. sol. matr. Inde nec Dd. hanc de re consentiunt. Accurs. ad §. 9. l. un. C. de R. II. A. soli marito dotis dominium concedit. Schneidewein ad tit. 7. quibus alien. lic. vel non n. 5. maritum dotis dominum facit, subtili quædam fictione juris, revera autem mulierem. Alii mulieri dominium naturale, marito vero civile relinquunt. Addatur Finckelth. Obs. 118. n. 19. quia tamen in sequentibus affirmat ita distinguendum: ut, cum maritus habeat rei dotalis vindicationem, per adductos textus, eamque possideat atque rei dotalis emolumento utatur fruatur pro matrimonii oneribus, quæ sustinet l. 7. in pr. ff. l. 20. C. b. t. dominium dotis non sit penes, sed apud ipsum l. 52. ff. de acq. rer. dom. l. 49. ff. de V. S. Nobis arridet haec sententia, quæ etiam simplicissima est, quod maritus rei dotalis dicatur dominus respectu matrimonii constantis, uxor vero respectu dissolvendi. Dotis enim tam perpetuum dominium non est, ceu rei forte vendita post factam traditionem l. 30. C. b. t. Mollenb. div. jurid. 92. p. 2. Hinc constan-

constante matrimonio omnes dominii effectus marito sunt tribuendi, imprimis rei vindicatio, contra ipsam etiam mulierem l. 24. ff. *rer. amot.* Qvicq; vero juris mulieri in eam tribuitur, hoc omne fit respectu matrimonii dissolvendi l. 21. §. 4. ff. *ad municipal.* Addatur *Ludvvel. disp. ad J. 12. tb. 12. lit. b.* Atq; adeò nō qvit etiam rei dotalis alienatio marito indistinctè denegari: Cujus enim res est propria, ei libera circa eam relinquenda dispositio est: Quidni ergo & alienatio? §. 41. *J. de R. D.* l. 54. ff. *de R. J. l. 9. C. de Judæis* l. 21. *C. mandati.* Non desunt quidem qui dissentunt, maximè propter hanc rationem, qvia Lex Julia ex singulari favore mulieribus prospectum voluit, ne maritus aut sponsus rem dotalement obliget aut alienet l. 4. ff. *de fundo dor.* Sed his facile responderi potest. Nimirum sciendum, legis Juliae verba de Italico fundo concepta fuisse, (quæ tamen deinceps ad provincialem quoq; fuerunt extensa in l. un. §. 15. *C. de R. II. A.*) Inde igitur patet, prohibitam alienationem ad res dotales immobiles saltim extendendam, easq; inestimatas d. l. un. & pr. *J. quibus alien. lic. vel non.* Exceptiones ab hac regula V. apud *Dn. Carpz. in J. F. p. 2. const. 15. def. 21. n. 5. Bart. p. 7. de priv. dot.* Et hoc etiam tunc erit dicendum, qvando mulier in alienationem vult consentire; imo etiamsi post biennium semel atq; iterū consenserit l. un. §. 15. *C. de R. II. A.* non subsistit tamen alienatio. add. *Bach. ad Tr. v. 2. d. 7. tb. 9. lit. B.* Licet qvidem juri pro se introducto aliàs cuivis renunciare l. pen. *C. de pact.* Verum hīc alia ratio subest, qvoniam plerumq; fœminæ consilia propriis commodis sunt impedimento l. 4. *C. de Sponsal.* & propter fragilitatem sexus, qvæ maritorum s̄vasionibus & minis obnoxia est, in propriæ substantiæ perniciem s̄pius converti possunt pr. *J. quibus ab licet vel non.* Ubi autem adest, unde per maritum mulieri consentienti, pro dote alienatâ possit satisfieri, alienatio ipso jure subsistit. *N. 61. c. 1. ibig. Cujac.* Prout etiam, ubi juramento suo mulier eam confirmavit. Sed hoc posteriorius saltem de jure Canonico velim intelligas, qvippe qvod viam perjuriis aperiri nullâ ratione finit. c. 28. *X. de jurej. c. 2. eod.*

C

in 6.

*in 6. Cœterum hæc jure Saxonico correcta statuit Coler. dec. 122. num. 12.* Eâ ratione, ut licet mulier ei contravenire nequeat, hæredes tamen ejus rem dotalē à marito alienatam repeterē non prohibeantur. Atq; hac ratione, licet, quantum ad mulierem attinet, alienatio subsistat, ea tamen istis damnoſa eſſe non poterit. Non ſolum autem rerum immobiliū dotalium inæſtimatarum alienatio marito interdicta eſt; Sed & permutatio servitutum fundo dotali debitarum. *l. 5. ff. de fundo dot.* Hæc de fundo inæſtimato.

**XXII.** Fundum dotalē ſeu quāmvis aliam rem immobi-  
lem æſtimatam, maritus muliere consentiente rectè alienat  
*d. l. un. §. 15. C. de R. U. A. & N. 61. c. 1. inf.* Nulla enim lex eſt,  
quæ facultatem hanc marito in hoc caſu adimbat, præſertim  
ubi pretium, quo taxatus eſt fundus, exſolvit *l. un. §. 9. in  
f. C. d. R. U. A.* aut ex venditione redactum in comparatio-  
nem fundi melioris erogat *l. 26. 61. §. 1. L. ult. ff. b. t. Scot.*  
*in Ex. jar. b.* Hæc omnia autem, quæ diximus, officium  
ſuum perdunt in caſu necessitatis extremaꝝ, quippe qui nullis  
legibus regitur. Hinc fame urgente, ne pereat conjux vel  
liberi, ejusmodi alienatio omnimodo fieri potest *arg. l. 2. C. de  
patr. qvifil. distr.* Addatur *Schneid. ad t. 7. Qvibus alien. lic. vel*  
*non. num. 12. & ibidem in not. lit. i.* ubi tamen in his caſibus judi-  
cias decretum præcedere debere statuit, ob *l. 1. ff. de fund. dot.*  
Res dotales æſtimatò datas venditionis gratiâ, indistinctè mari-  
tus alienare potest, tam mobiles quam immobiles, licet preioſ-  
ſæ ſint & servando ſervari poſſint, ut e. g. catenas, annulos,  
gemmaſ *gl. & Dd. in Autb. five à me ſuper verb.* & multo ma-  
gis *in fin C. ad SCtum Vellej. Harmenop. Schol. 4. tit. 8.* Sic ulterius  
alienari potest dos data in monetâ vel re aliâ, pondere, nume-  
ro, mensurâ conſante *l. 42. ff. b. t.* Nullo tamen caſu aliter,  
quam ubi maritus ſolvendo exiſtit atque habeat mulier, unde  
propter dotem ſuam alienatam ſibi poſit conſulere.

**XXIII.** Finem dotis ostendit ſupra à nobis allata defini-  
tio, ubi dictum fuit eam dari ad ſuſtinenda matrimonii onera.

Proin-

Proinde fructus & commoda omnia ex ea obvenientia in maritum redundabunt l. 7. in pr. l. 10. §. 3. ff. & l. 20. C. b. t. Atque haec vera sunt, quamdiu, ceu modo diximus, matrimonium subsistit. Mortuo enim marito dos exspirat, & restituenda est uxori una cum fructibus. Iste namque ad rei dominum spectant. l. 35. §. 1. ff. de R. V. Mulier autem soluto matrimonio rerum dotalium utique est domina l. 30. C. b. t. Fach. Contr. J. l. 3. c. 47. De divisione fructuum ultimi anni quæstio est maxime ardua, cui difficultatem imprimis peperit l. 7. §. 1. ff. solut. marit. Qvoniam autem adeo difficilis illa est, ut fermè plerique Doctorum sententiam in ea explicandâ adferant peculiarem, nolo impræsentiarum aliquid de ea addere, expositionem ejus peculiari exercitio, mox etiam in arenam deducendo, reservans. Videri interim potest Dn. Strauch disp. 3. aph. 15. qui omnium optimè videtur eam explicasse. Ex adverso ut à parte mulieris fructus dotis; ita, si maritus impensas in rem dotaliem fecerit, poterunt soluto matrimonio illæ à parte viri repetiri. l. 1. ff. de imp. in rem dot. fact. l. 2. ff. de dot. præleg. l. 5. ff. §. 2. de pact. dot. Interest tamen, utrum illæ fuerint necessariae, utiles an voluptuariae. Necessariae sunt, quæ habent in se necessitatem impendendi l. 1. ff. de imp. in res dot. fact, atque ut Paulus ait, in l. 79. ff. de V. S. quæ si non fuissent factæ, res aut planè esset peritura, aut certe deterior foret. Et hæ dotem ipso jure minuunt l. 61. de R. N. l. 5. §. 2. ff. de pact. dot. marito quæ dotis inæstimatae retentionem tribuunt d. l. 5. & l. un. §. 5. C. de R. U. A. §. 37. J. de action. Utiles vocantur, quæ meliorem dotem efficiunt. Quibus ex voluntate mulieris factis, marito rei dotalis retentio, velut jure pignoris, itidem conceditur: d. l. un. §. 5. & l. 8. de ff. imp. in res dotal. Re autem ab eo avocata, datur conditio Cujac. in par. ff. de imp. in res dot. fact. Denique voluptuariae speciem duntaxat exornant, fructum vero non augent, adeoq; iis omissionis res non sit deterior, prout nec fructuosior factis l. 79. ff. de V. S. & earum nomine neque retentio, neque repetitio datur, l. 11. ff. de impens. in rem dot. nisiquæ impensa sunt, absque

rei detimento separari possint, tunc enim aut ea reddere, aut pati, ut tollantur, mulierem oportet. l. 9. ff. b. t. d.l. un. §. 5. inf. & l. 39. ff. de bæred. petit. Hodiè, ubi jussu mulieris factæ sunt, mandati actio, ubi absque eò, negotiorum gestorum ad eas reperendas concedi solet l. un. §. 5. inf. C. de R.V. A. Wesenb. ad ff. de impens. in res dot. num. 3. Ludvvel. ad 7. t. de act. §. 37. n. 4.

XXIV. A muliere constante adhuc matrimonio dos repeti potest, qvoties maritus ad inopiam vergit l. 29. C. b. t. l. 24. ff. sol. matr. probatur autem ipsum facultatibus labi ex fama & rumore vulgi potissimum, teste Frehero lib. 2. de famâ c. 13. n. 5. Verum, qvid si contingat, ut mulier sciens obærato nubat, vi- dens deinde, bona ejus ad incitas redigi, an posit dotem re- petere? Omnipotè ita videtur. Qvamvis enim mulier hoc ca- su in omne damnum consentire videatur, adeoq; damnum ex propria culpâ sibi illatum, sentire nequeat l. 203. ff. de R. J. ne- que injuria possit dici illata volenti, l. 1. §. 5. de Injur. qvia ta- men dotis favor per magnus, atq; intersit Reip. ut ea sit sal- va l. 18. ff. de reb. aut. judic. possid. l. 2. b. t. l. 1. ff. sol. matr. ideo melius fuerit pro dotibus hic calcnlum ponere arg. l. 85. ff. de R. J. & l. 70. ff. b. t. Qvod etiam semper observavit Nobilissimus Almae nostra JCtorum Ordo, adeò, ut hoc in casu omnia doti concessa privilegia mulieri attribuerit, dissentientibus licet Dn. Scabinis, à qvorum sententiâ ipse qvoq; Sereniss. Elector divor- tium faciendum nuper jussit. Verba ejus in dec. 6. hæc sunt: Als ordnen / sezen und wollen wir / daß hinsührö die Weiber / unge- achtet ihnen bewußt gewesen / daß ihre Männer / vor der Berehlt- chung in Schulden sich verteißet / ihrer privilegien nichts desto we- niger genießen / und ihr Einbringen in der Ordnung darein sie die Rechte sezen / zu fordern wol besugt seyn und bleiben sollen. Præ- terea dotem repeti posse à muliere constante matrimonio, ubi ob nimium mariti sævitiam separatio qvoad torum & men- sam contingit, licet verè matrimonium non dirimatur, censet Hilliger ad Don. l. 14. c. 5. lit. A. Verum rectius hoc in vero ac to- tali demum divortio admittere videtur Finckelth. Obs. 31. n. 17. & 18.

& 18. ad quod sola sexitia sufficiens causa non est. Adde l. 10. §. 1. ff. sol. matr. Si autem maritus uxorem flagellis verbaverit, non tantum separationem, sed etiam dotis repetitionē ea recte petit secundū l. 8. §. 1. C. de repud. Nov. 22. c. 15. §. 1. Finckelth. d. l. n. 8. quod tamen deinceps correxit Nov. 117. c. 14. Idem habet locum, ubi maritus absq; justa causa uxorem domo expellit arg. l. 1. C. de lat. lib. toll. aut eam malitiosè deserit. Tunc enim omne lucrū ex bonis uxorū ipsi debitū amittit atq; perdit. Conſt. Elect. 26. p. 3. Hisce addit Rottschūz. in tr. von der Mitgiff/Leibgeding. art. 6. proditionem. Wenn er das Reich verriethe und überwunden würde n. 1. oder dessen Schaden wüste und nicht warnete n. 2. nec non insidias: Wenn er der Frauen nach dem Leben grasete / lenocinium, oder ob er sie unehrlich vorleihen wolte / oder sie mit unwarheit unfeuscher Handlung oder verbrechung bezüchtigte / doch das nicht überweisen kan / und sie also unschuldig befunden würde. Ex gloss. LandR. l. 1. art. 21. n. 3. gloss. Weichbild art. 22 n. 23.

XXV. Soluto matrimonio dos ipso jure ad mulierem redit. Quemadmodum enim mutatione alvei, ejus dominium à priore domino abit, atq; ad eundem revertitur §. 23. J. de rer. div. Ita qvoq; dos, per traditionem à muliere in mariti proprietatem translata, solutis nuptiis ad eam redit. l. 31 C. & l. 43. §. 1. ff. b. t. l. 9. C. de pact. conv. Licet etiam extraneus mulieris nomine eam marito dederit l. un. §. 13. C. de R. II. A. Nisi stipulatione vel pacto, dotem danti restituī debere, fuerit convenitum d. l. Dos enim ab extraneo data, eadem est cum illa, qvam dedit ipsa mulier arg. l. 9. §. 5. ff. de A. R. D. Sed exceptionem hæc patiuntur, qvoties uxor fuit in causa, qvare repudium ipsi miserit maritus l. 8. §. 4. C. de repud. Tunc namq; & dotem amittit, & per integrum qvinqvennium à nuptiis cum alio contrahendis abstinere necessum habet. Æqvum namq; est, ut per tantum temporis spatium connubio sit destituta, qvō indignam se monstravit. d. l. 8. §. 4. C. de rep. Quid verò si mulier post obitum mariti luxuriosè vivat, an perdat dotem, ita ut

C 3

hære-

hæredes mariti eam repetere possint, vel uxori repetenti dene-  
gare? Nihilominus retinebit dotem ejusq; jura. Dissentien-  
tium fundamenta, nec non affirmantium, adduxit Boerius in  
dec. 338. n. 10. & seq. atq; ipse tandem pro sententia affirmata  
calculum posuit. Atque eandem etiam Arrius. Pinell. in. l.  
ult. n. 9. & seq. C. de bonis maternis amplectitur. Huc pertinet  
textus in Land Recht l. 1. art. 5. Ein Weib mag mit unfeinschheit ih-  
re weibliche Ehre fräncken / ihr Recht verleust sie aber darmit nicht  
noch ihr Erbe / secundum qvem ad huc hodie in foro pronuncia-  
tur. Num vero eadem de dotalito dici possint, alia qvæstio  
est, de qvâ videatur Beust. tr. de dot. n. 6. p. 277.

XXVI. Constante matrimonio dos mariti lucro cedit, ubi  
uxor adulterium commisit. l. 8. §. 5. C. de repud. C. 4. X. de do-  
nat. in t. vir. & ux. modo non sint liberi superstites. Tunc e-  
nim eorum emolumento dos cedit Land R. t. Straß umb Ehe-  
bruch inf. vel ipse etiam maritus adulter. Nam iniqvū foret, pu-  
dicitiam ab uxore maritum exigere velle, qvā illi ipse non exhi-  
bet l. 13. §. 5. ff. ad L. Jul. de adult. vel deniq; lenocinio viri mu-  
lier adulterata fuerit l. 47. ff. sol. matr. Qværitur autem, an  
qvoq; mulier, propter osculum aliis viri labellis geni ve im-  
pressum, dote posit privari. Est qvidem notus versiculus:

*Visus & allogvium, tactus, post oscula factum. Et ille  
Ovidii: Oscula qvi sumfit, si non & cætera sumfit,  
Hæc qvoq; que data sunt, perdere dignus erat.*

Ex qvib° patet, osculis pudicitia attrectari veteres credidisse. Un-  
de etiam Angelus amplexum & oscula libidinis antescenia voca-  
vit. Et P. Moenius filiæ cum virginitate illæsâ, oscula qvoq; ve  
sincera marito adferri præcepit. Ac propterea fortassis mulie-  
rem ob oscula dote privandam statuit Baldus. Verum, ut taceâ  
distinctiones oscularum, tantumq; de columbinis dicâ, γλωτίσ-  
μα sufficienrem causam dotem amittendi præbere posse non  
videtur. l. 8. §. 3. & l. ult. in fin. C. de repud. Nulla enim ratio-  
ne firmâ sententia affirmantium nititur; tantum abest, ut legis  
anto-

autoritate. Quin potius contrarium leges omnes probant, quæ dotis ab uxore amittendæ causas singulas recensent, oscularum verò mentionem nullam injiciunt. Nov. 117. c. 8. & d. l. 8. §. 3. & l. ult. §. 2. C. de repud. Quoties verò uxor infcio vel nolente marito extraneorum virorum convivia appetit, tunc amittit dotem d. l. 8. §. 3. nec non ubi impudicorum cœtui se immiscet d. l. §. 2. aut balnea ad explendam libidinem appetit Nov. 117. c. 8. vel deniq; alium maritum, dum ipsa adhuc est in matrimonio, sibi jungi desiderat. d. §. 2. & d. l. ult. §. 2.

XXVII. Mortuâ uxore dos profectitia Jure Civili ad patrem redit l. 10. ff. l. 4. C. sol. matr. Äqvum enim est patri hâc in parte succurri, ne simul & filiæ & pecuniæ jacturam sentire cogatur l. 6. ff. b. t. Quoties autem liberi extant, pater quidem dotem retinet, sed non tanquam sibi propriam. Hoc enim in casu pertinet dos ad liberos. Atq; hæc ipsa qvæstio est, quæ inter Bulgarum & Martinum maximè fuit agitata. Hic nostræ sententiæ subscripsit, qvem etiam Hilliger ad Don. l. 14. c. 6. lit. C. motus rationibus, qvibus eleganter eam firmat Ant. Faber. I. Coni. 16. seqvitnr. Contrarium vero tuitus est Bulgarus, qui Donellum l. c. ad assensum attraxit. Nostram autem sententiam satis probat l. 26. §. 2. ff. de pact. dot. Dos adventitia jure antiquo mariti erat; jure novo, uxoris heredes eam sibi vindicare possunt l. un. §. 6. C. de R. II. A. Cœterum de Jure Saxonico maritus indistinctè omnia uxoris bona, exceptis faltem utensilibus germ. die Gerade adeoq; etiam dotem lucrat, nisi forte pactis dotalibus aliud conventum. Rationes hujus juris illas afferunt, qvod marito ea sint relinq; enda ad solatium amissæ conjugis, non secus ac matri per SCtum Tertullianum §. 1. J. ad SCtum Tert. concessa in solatium amissi filii successio V. de hoc Beust. tr. de dot. c. 5. Et præterea onera matrimonii, quæ maritus sustinere cogitur, idem svasisse videntur: Qvantquam & ipsum matrimonii fœdus hoc efflagitas se nonnulli statuant arg. l. 2. in fin. pr. ff. de dot præl. Dicta autem tum demum locum habent, ubi matrimonium fuit consummatum

wenn

wenn der Ehestand mit ethlichen Beschlüssen vollzogen per LandR. l. 1. & 3. art. 45. liberiq; & parentes legitimam acceperint Conſt. Elect. p. 3. conſt. 12. Proinde sponso, sponsā ante nuptias mortuā, dos non cedit, qvippe qui nec lectum maritalem conſcendit, nec subiit onera matrimonii arg. l. 9. & 20. C. b. t. Huc faciunt verba Saxonis in LandR. l. 1. art. 3. & Conſt. Elect. p. 3. Conſt. 13. Wenn die Braut dem Bräutigam ins Bette ist bey- gesetzt worden / oder wenn sie das Brautbett beschritten / quæ in- nuunt præterea, commixtionem carnalem tunc necessariam non esse. Atque hæc ædeò sunt vera, ut uxor etiam testamen- to adimere marito dotem nequeat.

X X V I I I . Cum Reipublicæ inter sit, mulieres dotes suas salvas habere, non possunt non ubiq; dotum jura maximè haberi favorabilia. l. 2. ff. b. t. & l. 1. ff. sol. matr. Atq; hinc est, qvod tot ac tantis privilegiis Legumlatores eam exorna- rint. Bald. ad l. 1. ff. sol. matr. CL. privilegia doti compe- tentia enarrat: præcipua tamen, & quæ hodie potissimum in praxi usum habent, atq; tam uxori, quam marito, velut personis qvarum gratia dos principaliter constituta est, com- petunt, sunt seqventia. Primo loco repetitio dotis mulie- ri conceditur, non tantum in ante enarratis casibus, sed etiam, si maritus re sua malè cœpit uti, atq; adeò ad inopiam cul- pâ suâ accedere proximus incipiat l. 24. in pr. ff. sol. matrim. add. König in pract. p. 224. Ast si boni patrisfamilias par- tes adimplet, doti tamen forte periculum imminere ab eo in- cipiat, dos non mulieri redditur, sed seqvestratur l. 22. §. 8. ff. sol. matr. arg. l. 21. in fin. ff. de appellat. Non secus ac si ob adversam fortunam ex professione artis suæ atq; labori- bus maritus se tueri nequeat, idem obtinere communiter exi- stimatur. Ulterius dotis repetitio locum habet, ubi mulieri ob adversam valetudinem lecto affixa, maritus alimenta ne- gat, atq; adeò ipsam qvodammodo necat l. 4. ff. de aliment. leg. arg. l. 4. ff. d. agn. & alend. à par. lib. vel Medicum artis suæ peritum in uxor's decumbentis curam non adhibet. Nam & hoc

& hoc pro causa mertis *Gloss.* reputat & *Bart.* in l. 10. §. 1. ff. sol. matr. Paria enim sunt occidere, & infirmam sine Medico relinquerere l. 91. d. V.O. Ubi tamē mulieris ægrotantis fratres vel cognati alii, maritum in curatione præveniunt, dicta locum non habent arg. l. 6. §. 1. ff. de agnosc. lib. Atque hæc repetitio in aliquibus casibus, etiam mulieris hæredibus concedi potest v. g. ubi uxor occisa fuit, maritoq; de homicidâ certò constet. Nisi enim tunc uxor necem vindicet, dote omnino indignum se ostendit arg. l. 15. §. 1. ff. ad SC. Syllan. Qvanquam si & hoc in casu aliis mariti conatum antevertit, dos ipsi adimi nequit *Jas.* in l. 1. v. secundo limitatur C. de his quibus ut indign. nec non si ipse parens, nurus suæ fuisset occisor, *Idem.* d. l.

**XXIX.** Deinde ad dotis privilegium hoc quoque pertinet, quod mulieri in bonis mariti jus tacitæ hypothecæ concedatur, ubi cunq; vel lex, vel constitutio, vel SCtum, vel populi Romanorum mores id præcipiunt. *Finckelth.* Obs. 98. n. 17. §. 29. J. de act. Atq; illud tantas vires habet, ut quoties ad restitutionem dotis mulier mortuo marito velit agere, ipsius mariti domum propriâ autoritate occupare & dotis suæ nomine possidere valeat, usque dum dos ipsi fuerit restituta. *Beust.* d. l. Qvod privilegium etiam ad donationem propter nuptias extendunt, ut pro eâ quoq; uxori tacitè mariti bona debeant esse obligata p. l. 29. ibid. gl. in v. *suppositas* C. h. t. l. 19. C. de don. ante nupt. Nov. 61. cap. 1. §. 1. & N. 109. c. 1. in tantum quoq;, ut nec hoc in casu mortuo marito, vidua bonis ejus cedere cogatur, antequam constitutam sibi donationem propter nuptias acceperit *Schneidewein* ad §. 29. J. de act. Ceterum hoc privilegium non tantum ad mariti bona restrictum existimari debet: in ipsa quoq; mariti patris bona id extendi autor est *Idem* l. c. n. 33. Imo quoties in conditione viri mulier erravit, aut matrimonium etiam legibus non usquequaq; conforme, sine suâ tamen culpâ, iniit, dotis privilegiis certo modo gaudet l. 22. §. fin. ff. sol. matr. *Campe* p. 1. qvæst. 97.

**XXX.** Ulterius de jure prælationis mulieri propter suam

D

dotem

dotem concessæ, sic habe: qvod ubicunq; cum creditoribus anteriorem hypothecam expressam habentibus concurrat, omnino iis præferri debeat propter generalitatem textus l. 12. C. quipot. in pign. hanc rationem adducentis, qvod universa penè mulierum substantia in dote plerunque consistat. Qvis ergo hâc in parte earum non misereatur, cum & obseqvia & partus periculum, & ipsa deniq; liberorum procreatio cum summis curis ac laboribus conjuncta, præterea accedant, qvæ id maximè efflagitent add. Nov. 97. cap. 3. & Nov. 109. cap. 1. V. Glossator Martinus. ibid. Mynsing. in comment. ad §. 29. f. de Aet. & Obs. 13. cent. 4. qui autorem suum Angelum hâc in parte laudat. Dissentient quidem multi, qvorum nonnulli mulieres saltim creditoribus tacitam anteriorem habentibus præfertunt, ut Glossator Bulgarus & Bart. add l. 12. n. 6. Verum his Fachin. l. 10. contrrov. 35. abundè satis fecit, ut & Beust. de dore c. 12. p. 291. qvos vide. Igitur cum hæc ita se habeant, non video, qvare ipsi etiam fisco mulier in concursu dotis suæ ratione præferri non possit. Nam etiam jus commune in ambiguis pro dote respondendi provinciam nobis imponit l. 85. ff. d. R. f. Totam hancce rem hodie Saxonie Elector Johann Georgius I. p. m. in der Process. und Gerichts Ordnung cit. 43. his absolvit. Die Eheweiber haben zu recht wegen ihres eingebrachten Heyrath Guts oder Ehegeldes / nicht alleine eine stillschweigende verpfändung in ihrer Ehemänner Güter/ sondern auch darneben ex personali privilegio ein solch jus prælationis, daß sie damit denen Gläubigern/die von ihnen stillschweigende verpfändung erlangt/aber gleichwol nicht denenjenigen so zuvor ausdrücklich Pfandrecht haben/ vorgehen. Drumb sollen sie auch ihres Heyrath Guts/ so viel sie dessen erweisen können/ für allen andern Gläubigern/ so nicht ältere ausdrückliche hypothecas haben/befriedigt werden. Qvæ tamen ad bona paraphernalia non sunt extendenda ut loc. cit. paulo post innuitur, atque ipsum jus civile quoq; statuit vid. gl. ad l. 9. §. 3. in verbo condicij ff. de jur. dot.

XXXI. Verum quid si contigat, ut maritus à priore uxore diver-

divertens, alterā du&ta obierit, qvānam erit respectu dotis praeferenda? Et hic locum habebit trita regula: qvi prior tempore, potior jure l. 17. §. 1. in fin. C. qvi pot. in pign. l. 2. ff. qvi pot. in pign. hab. Nisi, qvod altera pro dote ad maritum attulit, adhuc supersit. Tunc enim illa rem sibi debitam exbonis mari-  
ti repetit gl. in l. 12. ad verba: suo tempore & Aut. si quid ex rebus C. qvi pot. in pign. Hæc de uxoribus ipsis. Restat ut de earum hæredibus qvoq; agamus. Hic notandum, qvod jus tacitæ hypothecæ secundum sui naturam tam ad earum parentes, quam cœteros hæredes transeat l. un. §. 1. & 13. C. de R. U. A. Verba enim ibi allata: tacitam actionem, nihil aliud quam tacitam hypothecam denotant. l. 12. C. qvi pot. in pign. Ast privilegium prælationis isto demum in casu saltim locum habet, qvan-  
do ipsi filii matri suæ succedunt d. l. 12.

XXXII. Tandem privilegia dotis marito competentia in medium adducenda veniunt. Ubi initio se offert privilegium tacitæ hypothecæ, marito in bonis uxoris pro conseqvendâ do-  
te tributum l. un. §. 1. C. de R. U. A. Et quidem ab utroq; latere, id est, tam marito, quam fœminæ, hoc jus largitum est. Sed isti absq; jure prælationis. Nam hoc mulieri ob specialem favorem indulatum est vid. gloss. ib. Non solum autem maritus in bonis u-  
xoris propter dotis præstationem, sed etiam propter evictio-  
nem tacitæ hypothecæ privilegio gaudet d. l. un. §. 1. Atq; isto  
jure extraneus, nisi stipulatione sibi de eo prospexit, minimè  
fruitur, qvippe cui nec actio ad dotem repetendam, ceu supra  
diximus, conceditur: Tantum ergo abest ut ejus privilegia. Ad-  
datur Schneid. c.l. n. 48. & seq. Prætereà beneficio competen-  
tiæ in dotis exactione maritus gaudet, id est, ne de dote conve-  
niatur, ultra, quam propter facultates suas facere possit §. 37. 7.  
de action. l. 17. & 20. ff. de re judic. Item immunis est à dando fi-  
dejussore pro dote conservandâ t. t. C. ne fidej. dot. dent. In-  
super potest rem dotalem vindicare l. 9. C. de R. V. l. 30. C. b.t.  
usuras dotis nomine exigere, nec non impensas necessa-

rias in rem dotalem factas, quippe quæ dotem ipso jure minunt. l. un. §. 5. C. de R. II. A. de qvibus jam supra.

XXXIII. Anteqvam materiæ nostræ extremam manum imponamus, hoc adhuc addimus, allata privilegia tunc demum locum habere, ubi pactis aliud conventum non fuit. Cestant enim, qvoties ea inita, (Wenn Ehestiftungen aufgerichtet) iisque cautum, qvid superstiti conjugum ex bonis defuncti sit præstandum. Nam pacta dant legem contractibus l. i. §. 6. ff. depos. l. 52. ff. de V. O. l. 23. ff. de R. J. Et quatenus dotem ejusque repetitionem respiciunt, ob rationem naturalem servari debent l. i. ff. de pact. l. 10. C. eod. l. i. C. de pact. conv. l. i. ff. de Constit. pecun. Imo per totam fermè Germaniam consuetudine introductum, ut pacta dotalia præcise custodiri debeant. Zob. p. 2. diff. 48. num. 10. Qvanqvm enim juris communis dispositione non nitantur, valent tamen ob consuetudinis universalitatem, ubi legibus aut bonis moribus illa non repugnant.

Denique de donatione propter nuptias, quæ nostræ materiæ maximè adfinis est, etiam nonnulla adferre possem: Sed ne justo sim prolixior, hic subsisto. Gratias autem ago divino Numini pro suâ in hoc negotio adstantiâ, idemque supplex veneror, ut majora cum die studiis meis incrementa addat, qvo ea, quæ jam conari saltem licet, aliquando re ipsa efficere valeam. De cœtero, qvicquid vel hic erravi, vel minus elaboratum attuli, illud omne Lector Benevolus juventuti atque studiis, maturitate suâ adhuc destitutis, adscribat, cuius interim favori me etiam atque etiam commendabo.



Dos

**D**os, qvā censuræ publicæ committis, AMICE,  
Ingenii dotes explicat ista tui.  
Augeathasce DEUS donis & dotibus amplis,  
Et benè dotata m̄ det Tibi Tyndaridem.

*Gratulab. addebat*  
**PRÆSES.**

**Ad DN. RESPOND.**

**Q**Vid ista vult de DOTE disputatio?  
An, qvū verendo publico jungi cupis,  
Mentis superbæ exhibes dotes, qvibus  
Te demereris publicum assensum putas?  
An ominemur majus aliquid sub tuâ  
Latere Dote, dumq; Tu dotes paras,  
Nos tibi paremus terre nuptialia?  
Conare sedes! Sive Themidos annulum  
Ambire statuas, sive Junonis priùs,  
Ad utrumq; plausūs atq; vota prompta stāt.  
Curabis equidem, ut in priori Præsidem  
Prorsūs seqvaris, ast in alterò minūs,  
Nam præter omne fas & omne jus Eum  
Diu expetita festa qverimur prodere.

**ROMANUS TELLER.**

**D** iii

**Sennet.**

## Sonnet.

**E**r wil sich nicht mein Freund/zur tollen Brut geselle/  
Die nie das rechte Recht der Themis recht betracht/  
Die auf den Geld-Gewinst/wie Geyer/giebet acht/  
Ja aus dem Volckmann nur ihr Urtheil pflegt zu fassen.  
Recht so! Er wil dem Recht mein Steller/recht nach  
Stellen/

Die Zungen-Drescher-Art ist bey ihm ganz veracht/  
Er Stellt der Themis nach mit Fleiß/mit aller Macht/  
Er bleibt stehen nicht an ihres Tempels Schwellen.  
Ich sage weiter nichts. Es weiset dieses Blatt  
Wie nah zum Themis-Thron er sich gefüget hat.  
Darff ich von dieser Proh ein Wahrsag-Liedgen singen;  
So wird die Themis ihn noch höher führen auff/  
Ein gutes Ehegeld hatt er zu hoffen drauff/  
Die Venus wird ihn schon ein reiches Mädgen bringen.

Also beglückwünschte Seinen werthen  
Freund non sine omne  
M. Joachim Feller/  
von Zwickau.

**A**n Astraea soll beeihren  
Muß ins Recht recht seyn verliebt/  
Ihr den Rücken nicht zufehren/  
Ob es gleich was sauers giebt  
Denn nach bittern/süsse Sachen  
Folgen/ als auff Weinen/Lachen.  
Er/geliebter/liebt Asträen  
Die wird ihn zu rechter Zeit  
Nach Verdienste wohl erhöhen  
Vnd nach Mühe geben Freud

Denn

Denn nach bitter-sauern Gaben  
Muß man auch was süßes haben.

Mit diesen beehrete seinen gewesenen  
Herrn Stubengesellen und lieben  
Freund.


M. J. C. H.

Cum jam foemineæ scribit jus dotis AMICUS  
Ingenii rarâ, credite, dote valet.  
Qvi legit inde probat, procul hinc discedite queis est  
Cura malæ mentis, qvi legit inde probat.

Commensali & amico svavissimo,  
haut infimo, pon.  
Johann Gottfried Höpner/  
Lipſ. L. L. Studios.

F I N I S.





**ULB Halle**  
003 070 840

3



TA-OL

VDN7





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-558651-p0036-1

DFG

# Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

